



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Die Schedelsche Bibliothek

Stauber, Richard

Freiburg im Breisgau [u.a.], 1908

1. Brief Hartmann Schedels an Hermann.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54213)

Einlagen.

1. Brief Hartmann Schedels an Hermann. Amberg, 3. April [1479]¹ (Clm. 266, fol. 63). Überfendung eines Registrums zur Naturalis historia des Plinius.

Iesus.

Clarissimo arcium et medicine doctori domino Hermanno n. [Schedel] domino et amico suo observandissimo.

Ad vota seipsum pro salute mittit: Si me vel inmemorem: vel sponsorem levem arguas: qui tam tarde pollicitum ad te mitto registrum: quod nuper super Plinij Naturali Historia non parvo sudore edidi: Succensere possum nihil: quamquam haud neglectum extitit: quia vel floccifecerim amorem tuum: gratia cuius longe maius onus subire non formidarem: vel mentem, exciderit, quoniam [?] (ni fallar) plus quam tibi animum excitavit. Sed volui: et hoc quod nunc accipis (utinam grato animo) et meum meo Plinio colligatum uno labore emendasse: sicque emendatum mittere: propositum autem fefellit egrorum et rei familias [sic!] cura que novum et insuetum me patrem familias plus exercitato fatigat: Cumque is meus nepos tuo nomine instaret ut quale sit mitterem emendavi ut potui in presentiarum: qui et ipse clarius informabit quia socius laboris fuit corrigendo: Si quandoque plus otij nactus fuero atque aliquid addam (ut spero) te quoque faciam participem: Platonis in Thimeo libri recordare, de quo tecum quandoque sermonem habui si tibi in manus quandoque veniret quatenus me facias ipsius habere copiam responsurum dignum scriptori pretium. Vale foeliciter: rescribe: atque si ad vos novi rarique veniant libri cerciorem reddito: Ad nos allatus est quinternio unus aggregatoris non illius Guilhelmi Brixienensis: quem habeo et tu forsitan vidisti: Sed hic Iacobi est Paduani profecto [sic!] opere et precio dignus Argentine impressus: Ubi et continens Rasis imprimi dicitur. Iterum vale mei memor Ex n. [Amberga] III^o nonas aprilis: n² doctor.

2. Briefwechsel Baptista Augustensiss-Hartm. Schedel-Stolberger. 1478 bis 1480 (Erwerb eines Plato betreffend).

a) Baptista Augustensiss an Hartmann Schedel. Nördlingen, 11. Nov. 1478 (Clm. 225, fol. 108. Abschrift Schedels). Überfendung der Werke Platos zur Abschrift.

Clarissimo Viro et domino magistro Hartmanno Schedel in utraque medicina doctori etc. phisico Ambergensi fautori suo colendissimo. Baptista Augustensis

¹ Datierung nach dem Schreibvermerk Schedels (fol. 62): Scripsi ego Hartmannus Schedel arcium et utriusque medicine doctor Anno domini MCCCCLXXVIII, VIII. die Maii in Amberga.

² Hartmannus Schedel; in der Hf steht unter dem ersten n noch ein zweites.